



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.38. Concilium Liptinense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

illud
s Dei
n ve-
onem
affer-
ri, si
as ad
Ple-
e ja-
ongo-
tates,
Ang-
on si-
sæpe
i Ro-
facit,
n su-
enda
non
adet,
italia,
t, fu-
jam
efor-

m ad
pisto-
t, si-
rium
i Ec-
ubji-
Chri-
sti

sti acquisitarum possessionem invadat, tam inquam virum antiqui Patres raptorem appellant, Sacrilegum, pauperum interfectorem, & terribili Anathemate coram Tribunali Iesu Christi dignum. Quia vero ejusmodi raptores tam in nostris quam vestris Provinciis existunt, extollere vocem nostram tanquam tubam contra ipsos debemus, ne nostro silentio damnemur. Tandem cultum vestium & ornatum superfluum, qui sensim in Monasteria invehebatur, paucis perstringit.

Sæcul. VIII.
A. C. 743.

§. XXXVIII.

Concilium Liptinense.

Itaque Princeps Carolomannus, ut illud, *to. 6. Conc.*
quod in primo Canone Concilii Ger- *p. 1537. to. 1.*
manici statutum fuerat, exequeretur, *capit. p. 150.*
aliud Concilium convocavit primo die *Hincmar. ep.*
37. to. 2. p.
Martii Liptinis, Domø Regia, quæ hodie *57.*

Lestines in Territorio Cameracensi dicitur; celebratum. Præfuit S. Bonifacius cum Episcopo, nomine Georgio, & Joanne Sacellario, qui ambo vices Pontificis gerebant. Quatuor non plures Canonones conditi. In primo confirmatur Concilium præcedens, cuius Decreta omnes Episcopi, Comites & Præfecti observaturos se promittunt. Totus Clerus antiquis Canonibus se submittit. Abbes & Monachi Regulam S. Benedicti recipiunt. Canon secundus de Bonis agit Eccle-

Sæcul. VIII. Ecclesiasticis, & Decretum Concilii præcedentis circa restitutionem Laicis præceptam temperat. Itaque decernitur,

A. C. 743. ut propter imminentia bella Princeps aliquam partem Ecclesiasticæ pecuniaæ sub Precario & Censu in sumptus exercitus sui retineat, ea conditione, ut annis singulis Ecclesiæ vel Monasterio solidus, id est, duodecim denarii pro una quaque familia reddantur, eo modo, ut si moriatur ille, cui fundus Ecclesiæ commodatus fuerit, pecunia ad Ecclesiam redeat; & iterum, si necessitas cogat, aut Princeps jubeat, sub eodem Precrii titulo alteri dari possit. At Ecclesiæ vel Monasteria inde penuriam paupertatemque non patientur, & si paupertas premat, Ecclesiæ vel Domui Dei inte-

v. le Blanc. gra possessio reddatur. Ergo istud premon. p. 6. 8. carium erat aliquod feudi genus viro militiari in stipendum concessum, & tantum ad dies vitæ, qualia illa ætate omnia erant. Solidus non aureus sed argenteus erat, & viginti quinque solidos nostræ monetæ exæquabat. Familiam dico, quod in hoc loco vocatur *Casata* & alibi *Mansus*, seu *Conjugium*, id est una domus cum agris ad sustentandam servorum familiam sufficientibus.

In Canone tertio adulteria, & incesta matrimonia prohibentur. Item præcipitur, ne mancipia Christiana paganis tradan-

tradantur. In quarto iterum decerni. Sæcul. VIII.
 tur, ut qui paganas observationes in ali- A.C. 743.
 qua re fecerit, multetur & quindecim
 Solidis damnetur. Sequitur indiculus
 istarum Superstitionum continens triginta
 articulos, ex quibus hi adnotari me-
 rentur: *De Sacrilegio ad Sepulchra mor-
 tuorum.* *De Sacris Silvarum.* *De Sa-
 crificiis, quæ faciunt super petras, aut
 fontes.* *De Sacris, quæ faciunt Jovi vel
 Mercurio.* *De variis generibus Divina-
 tionum, & auguriis avium.* *De sterco-
 ribus aut fernutatione equorum vel boum.*
De cerebro animalium. *De Lunæ Ec-
 clipsi, & de eo quod credunt, quia fæni-
 næ lunam comedant.* *De simulacro, quod
 per agros deferebant.* *De simulacro de
 conspersa farina.* *De alio de pannis fa-
 çto in speciem puppi.* *De eo, quod sibi
 Sanctos fingunt quoslibet mortuos.* Inde
 originem traxisse videtur illa facilitas,
 qua hoc ævo Sanctos dubios publico
 cultu prosequabantur. In fine hujus
 Concilii visuntur formulæ lingua Theo- to. 6. *Conc.*
 tisca renunciationis & professionis fidei, p. 1541.
 quæ in Baptismo fiebant, unde illius &
 hodiernæ linguæ diversitas perspici-
 tur. (*)

§. XXXIX.

(*) Sant vero Formulæ hujusmodi in Actis
 Conc. Tom. III. Edit Parisi. *Forsachistu Dio-
 volæ?*